



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De Antichristo. xcv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA.

effrenabitur, ut etiam electorum corda non paruo paucore feriantur. Vnde scriptum est: Ita ut in errorem inducatur, si fieri potest, etiam electi. Quod videlicet dicitur, non quia electi casuri sint, sed magnis terroribus trepidatur. Tunc verò contra eum certamen iustitiae, & nouissimi electi habere narrantur, & primi: quia scilicet & hi qui in fine mundi electi reperiuntur in morte prosternendi sunt, ut illi eti m qui à prioribus mundi partibus processerunt, Enoch scilicet, & Helias ad medium reuocantur & crudelitatis eius saevitiae in sua adhuc mortali carne passuri sunt. Huius vires in tanta pretestate laxatas nouissimi obstupefcunt, & primi metuunt: quia licet iuxta hoc quod spiritu superbiae subleuatur, omnem temporalem eius potestatem despiciant, iuxta hoc tamen quod ipsi adhuc in carne mortalib sunt, in qua cruciari temporaliter possunt, ipsa quae fortiter tolerat, supplicia perhorrescant, ita ut in eis uno eodemque tempore, & constantia ex virtute sit, & paucor ex carnne. Quia & si electi sunt, ut tormentis vinciri nequeant, per hoc tamen quod homines sunt, & ipsa metuunt tormenta qui vincunt.

De Antichristo. Caput XCV.

Grego. in suis mora lib. dicit. Videret enim quod in fine mundi sathan hominem ingrediens, quem sacra scriptura Antichristum appellat, tanta elatione extollitur, tanta virtute principatus, tantis signis & prodigiis in sanctitatis ostensione se eleuat, ut argui ab hominibus eius facta non valeant: quia cum potestate terroris adiunguntur, etiam signa ostensio sanctitatis. Et ait: *Quis arguit coram eo viam eius? Quis videlicet hominum illum increpare audeat: cuius vim ferre permiscit?* Sed tamen eius viam non solum Helias & Enoch, qui in eius exprobatione ad mediū perducuntur, sed etiam omnes electi arguunt, dum contemnunt, dum virtute metis eius malitiae resistunt.

Item de Antichristo. Cap. XCVI.

Grego. in suis mora lib. dicit. HOC loco homo humana sapiens dicitur, sed cum plus sint omnes, quam innumerabiles, quadruplicem non bis est, cur ante se innumerabiles, & post se omnes trahere dicatur, nisi quod antiquus hostis reprobum tuochominem ingressus, cunctos quos carnales inuenerit, sub suæ iugum